



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

viiij. Quid circa sepulturam tempore interdicti licitum, aut vetitum sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

de ſent. excomm. lib. 6. Anton. Cacechius lib. 4. Inſtit. iuris Canonici. tit. 1. 2. & omnes auctores citati pro ſuperiori dicto, & expreſſe Couarr. Henricus, Vgolin. & Coſmus Philarchus. vbi Cou. & Henricus addunt, quod quamuis per Eccleſiam, aut iudicis ſententiâ prohiberetur contrahi Matrimonium tempore interdicti; adhuc tamen ſi alias legitime contraheretur, validum erit. Ratio eſt, quia Matrimonium eſt contractus, contractus autem tempore interdicti ſemper legitime fieri poteſt.

43. *Quarto.* Quamuis omnes DD. in ſecundo dicto allati abſolute dicant permitti Matrimonium, ſeu poſſe Matrimonium in tempore interdicti contrahi in loco interdicto, immo etiam in Eccleſia parochiali (in hac enim fieri ſolet) ſpecialiter interdicta, vt addit Henricus ibi; Meo tamen iudicio, non ita intelligi debent, quaſi velint Matrimonium hoc interdicti tempore licite contrahi poſſe, ſed ita, vt valide contrahi poterit, ſi contrahatur; & certe ſi attentè legantur, non aliud dicere voluerunt, vt ſubtiliter, & verè animaduertit Vgolinus Tab. 5. cap. 7. §. 3. num. 1. Si quidem auctores illi omnes ſequuntur ſententiâ gloſſæ in cap. Alma mater, in verbo Sacramentis, de ſent. excomm. lib. 6. Gloſſa verò non ait, licite contrahi Matrimonium tempore interdicti, ſed contractum Matrimonium tenere, ſicut etiam contractum ab excommunicato maiori excommunicatione, ca. ſignificasti, de eo qui dux. in Matrim. quam poſſuit per adult. At verò certum eſt excommunicatum non licite, ſed valide tantum contrahere, peccat enim ſic contrahens, vtendo communicatione in ſolum ſibi per excommunicationem prohibita. Sunt igitur auctores illi omnes ad ſenſum gloſſæ, quam ſequuntur, exponendi, vt ſolum velint valide contrahi poſſe tempore interdicti, non tamen licite, eſt Sylueſter etiam hac voce (licite) vtatur. Ratio, quæ me mouet, hæc eſt: quia vbi aliquid generaliter prohibetur, quod expreſſè non eſt exceptum, ſubiacet Regule prohibitionis, argum. Clement. 1. §. porro, de verb. ſignificati. At tempore interdicti prohibentur Sacramenta ministrari, & non excipiuntur, niſi hæc Sacramenta, videlicet, Baptiſmus, Conſirmatio, Euchariftia, & penitentia, vt colligitur ex cap. ſin. verſ. Nulla, & ibi gl. in verbo, Sacramentis, de ſent. excomm. lib. 6. & c. Non eſt vobis, de ſponſal. & c. Quod ſi in te, de pen. & remiſſ. & c. Quoniam, de ſent. excomm. lib. 6. Cum ergo nullibi hoc Sacramentum Matrimonij exceptum ſit, nec confequenter permiſſum eſſe dicendum eſt; ſicut in Eccleſia id voluiſſet, vtique hoc de Sacramente Matrimonij, ſicut de alijs quatuor alijs expreſſi ſer.

44. *Quod ſi dicas,* exemptum eſſe Matrimonium in ea. Capellanus, de ferijs, vbi dicitur, *Matrimonium quocunq; tempore contrahi poſſit.* & ideo etiam tempore interdicti contrahi poteſt. *Reſpondeo* id dici, vt ait Vgol. quoad conſuetudinem, non autem quoad ius ſcriptum; vel melius dicitur, id verè eſſe, quoad validitatem Matrimonij, non autem quod licite quocunq; tempore contrahi poſſit, & maxime poſt Concilium Trident. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 1. vbi requiritur præſentia Parochi, vel alterius Sacerdotis, de Parochi. aut Ordinarij loci licentia, adeò vt licet Parochus proprie huius Sacramenti Miniſter non ſit, ſed ipſi met contrahentes: quia tamen eius præſentia omninò neceſſaria eſt, vt propterea quodammodo dici poterit hoc Sacramentum ministrare, & tempore interdicti Parochi Sacramenta ministrare prohibentur, valde probabile eſt, Sacramentum hoc licite contrahi non poſſe tempore interdicti, nec Parochum, habitu vtriuſque contrahentium conſenſu, poſſe illos coniungere, dicendo, *Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* pro ut Concilium fieri præſentem; præſentem ſi id faciat in habitu Sacerdotali, cum hic actus proprius ſit ordinis Sacerdotalis.

45. *Dubium* etiam eſt, An licita ſit Benedicção nuptiarum, quando vterque coniugum, vel alter tantum ſit interdictus, ſi ſit in loco non interdicto? *Reſpondeo* ex Ioanno Calder. & Hoſtienſi quos refert, ac ſequitur Tabiena, verbo in eod. tit. §. 5. Decimo tertio, ſi ambo coniuges ſint interdicti, nullo modo poſſe nuptias benedici; Ratio eſt, quia ſi perſonæ interdictæ participes eſſent officij Diuini

& benedictionis; Si verò ſponſus ſit interdictus, & ſponſa, adhuc neque benedici poſſunt nuptiæ, ſive ſponſus ſit interdictus ſpecialiter & denunciatus, ſive generaliter, quia eſt de populo interdicto denunciato; Ratio eſt: Quia cum benedicção nuptiarum fiat vtrique ſponſo, ſi ſponſus interdictus participaret de benedictione; ſi vero ſponſa interdicta ſit, & non ſponſus, tunc ſi ſponſa ſit ſpecialiter interdicta, non poſſunt nuptiæ benedici, quia interdictus ſpecialiter quocunq; vadit, trahit ſecum interdictum ſuum; ſi verò ſit interdicta generaliter tanquã vna de populo, tunc adhuc diſtinguendum eſt, quia hæc Benedicção faciendã eſt ante contractum Matrimonij, per verba de præſenti, vt prædicti DD. Cald. & Hoſtienſiſtantur in aliquibus locis fieri ſolere, & ſic neque benedici poſſunt, quia mulier adhuc manet interdicta; vel faciendã eſt Benedicção poſt contractum per verba de præſenti, ſicut de iure fieri debet, vt colligitur ex cap. conſuetudini, de ſponſal. & ſic benedici poſſunt nuptiæ, quia per contractum Matrimonium de præſenti mulier forſitan forum, munera, & honores viri ſui, & confequenter deſinit eſſe de populo parentum ſuorum, & incipit eſſe de populo ſui mariti, ergò deſinit eſſe de populo interdicto.

47. *Dubium* aliud eſt, An in illis ſolemnitatibus, & feſtiuitatibus, de quibus in c. Alma, §. in feſtiuitatibus, & alijs, militibus ſpecialiter priuilegiatis, poſſint nuptiæ publice ſolemniter benedici? *Reſpondeo* ex communi DD. ſententia, quantum eſt ex parte interdicti poſſe, quia Benedicção hæc non eſt Sacramentum, ſed officium Diuinum, omnia autem officia diuina publice permittuntur in prædictis feſtiuitatibus; Ceterum repugnat aliquibus ex prædictis feſtiuitatibus ex alio capite, ex eo ſcilicet quòd in illis prohibita eſt ſolemnitas nuptiarum. Hinc antiqui DD. ex quatuor feſtiuitatibus commemoratis in d. cap. Alma mater, in vna tantum licere poſſe hanc Benediccionem docuerunt, ſcilicet in Aſſumptione B. Virginis, quia in illis alijs tribus nuptiæ alio Eccleſiæ præcepto ſunt prohibite, vt ſcitius tradit Gratianus 33. queſt. 4. & habetur in cap. Capellanus, de ferijs. Sic tradunt Calderin. Hoſt. & alij reſol. Sylueſtro, verbo interdictum §. queſtio. 2. numer. 3. verſ. Tertium. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 4. non medium. Couar. in c. Alma mater, par. 2. §. nu. 6. verſ. Vt decimo Freder. Conf. tit. 1. Anchar. Franc. & alij in d. Alma mater, Vgol. de cenſur. Ecol. Tab. 5. §. 10. nu. 2. poſt Concilium verò Trident. dicendum eſt, idem licere in feſtiuitate Pentecoſtes, eo quòd Concilium ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 10. abſtulit prohibitionem nuptiarum pro tempore Pentecoſtes; Idem etiam dicendum eſt, licere in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti, vt nouiſſime omnium docuit Aphoſ. Vual. tit. de interdicto, nu. 253. & nu. 254. Et de Sacramentis hæctenus.

Quid circa ſepulturam tempore interdicti licitum, aut vetitum ſit.

Cap. VIII.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Sepulturam, quinam tempore interdicti, non directè, ſed accèſſoriè tantum prohibitam eſſe, conſueuerint.*
- 2 *Sepultura quid proprie ſit, & quid ea prohibeatur.*
- 3 *Sepultura tempore cuiuſcunq; interdicti, perſonæ, vel loci interdicti prohibetur.*
- 4 *Sepultura laicis, in Eccleſiis, & Cemeterijs loci interdicti durante interdicto loci prohibetur.*
- 5 *Sepultura tempore interdicti generalis loci excommunicatis, & interdictis prohibita eſt.*
- 6 *Sepeliri Clerici tempore interdicti generalis loci quinam, & quo modo poſſint.*
- 7 *Clerici coniugati, tempore interdicti in Eccleſiis, aut Cemeterijs ſepeliri non poſſunt.*

8 Clerici

- 8 Clerici excommunicati, & interdicti privilegio sepulturae concessio Clericis tempore interdicti non guadent.
- 9 Sepeliri possunt privilegiati tempore interdicti, hoc tamen privilegium solus Papa concedere potest.
- 10 Sepultura solemnis cum officio, an in festiuitatibus, de quibus mentio fit in c. [Alma mater.] licita sit.
- 11 Sepulturae benedictio cum ad officium diuinum pertineat, licita erit in festiuitatibus cap. [Alma mater.]
- 12 Sepeliri an possint Clerici in Ecclesia specialiter interdicta.
- 13 Sepeliri possunt tam Clerici eiusdem Ecclesiae, quam aliter in Ecclesia interdicta, ex auctoris sententia.
- 14 Sepeliri debent Clerici in Ecclesia interdicta specialiter, absque officio Missae, absque cantu, & campanarum pulsatione, & qua huius sit ratio.
- 15 Sepeliri possunt Religiosi, non secus ac Clerici in Ecclesia specialiter interdicta.
- 16 Privilegiatus ut tempore interdicti audire possit officia diuina, etiam in loco sacro sepeliri potest.
- 17 Parochiani interdicta Ecclesia parochiali, ubi sepeliendi.
- 18 Interdicto populo Clerici illius populi, in Ecclesiis, & cœmeterijs sepeliri possunt.
- 19 Laici, aut ante interdictum, ubi sepeliendi.
- 20 Interdicti personaliter, seu culpabiles morientes, ubi sepeliendi.
- 21 Sepulchra extra locum sacrum tempore interdicti, quinam relaxato postea interdicto in loco sacro sepeliendi.
- 22 Sepulchra in loco sacro tempore interdicti, contra interdictum Ecclesiae, an, & quando exhumandus sit.
- 23 Mortuaria, seu funerals, & oblationes, an, & quando ab interdictis de funtibus tempore interdicti Clericis accipere liceat, & pro eis orare.

Ferunt olim, qui tempore interdicti sepulturam non directè, sed consequenter, & accessorie tantum prohibitam esse putarunt, vt Ioan. Calderin. tract. de Eccles. Interd. memb. 6. num. 15. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 4. ante medium, & fauet Tabiena, verbo, interdictum, §. num. 12. §. vndecimo. Volunt autem prædicti DD. prohibitam esse accessorie, vel sub prohibitione ipsorum Officiorum Diuinorum, vel sub prohibitione Sacramentorum. Et quamuis loquantur solum de interdicto generali, idem tamen & multo magis dicendum est de interdicto speciali. Potest autè nō omninō male dici, sub vtriusque coniunctim comprehendis sub Officijs quidem Diuinis, quatenus finis ad Ecclesiam deferri non debet nisi cum officio, nec sine officio sepeliri, c. Qui diuina, 1. §. q. 2. Vnde fit, vt neque tempore interdicti extra Ecclesiam cū officio sepeliri possit. Prohibetur etiam sepultura sub prohibitione Sacramentorum quatenus vel sepultura eget benedictione & asperzione aquae Benedictae, qui sunt actus Sacramenti ordinis, vel quatenus ipsa benedictio sepulturae, latè sumpto vocabulo Sacramenti, vocatur Sacramentum; Vnde fit, vt aliquo modo sub vtriusque prohibita sepultura sit; Nostamen de ea particulariter clarioris doctrinae gratia dicemus, cum etiam de ea particularis mentio fiat in cap. Quod in te, de pœnit. & remiss. & in cap. 3. §. Quod si, & in cap. vt privilegia, de privileg. in antiq. & in c. Episcoporum, tit. eod. lib. 6. & in ca. si Ciuitas, de sent. excomm. lib. 6. Est autem sepultura locus ab Episcopo consecratus in quo Christi fidelium corpora sepeliuntur; vt Cœmeterium, & Ecclesia consecrata, arg. c. is, cui, §. Talis quoque, de sent. excomm. lib. 6. Syluest. & Tabiena, & alij, in verbo sepultura. Immo etiam & Ecclesia non consecrata talis est, dummodò ibi diuina fiant, arg. c. pen. de immunit. Eccl. & c. si. de consec. Eccl. vel altar. Quibus addo ex Alph. Viu. tit. de interd. nu. 149. Quod quoties prohibetur sepultura Ecclesiastica, id intelligendum est non solum cū defunctorum cadauera in loco sacro sepeliuntur, sed etiam quando in loco non sacro, sed cum pompa funerali Ecclesiastica sepeliuntur. Quibus suppositis aliqua certa sunt, quaedam verò controuersa.

Primo igitur certum est, tempore interdicti cuiuscūque generalis, aut specialis, personalis, aut localis si simpliciter latum sit interdictum, prohiberi Ecclesiasticam sepulturam, vel illius personis, vel in illis locis, quae interdicuntur. Dixi, si sit latum simpliciter, quia interdictum simpliciter latum trahit secum omnes effectus; quando autem interdictum non fertur simpliciter, sed solum ab aliquo determinato actu, verbi gratia, ab officio Sacerdotali, ab officio prædicandi, &c. tunc interdictum huiusmodi non secum trahit omnes effectus interdicti, sed illum solum effectum specialiter expressum, vt communis DD. sententia constituit.

Secundo certum est, interdicto loci prohiberi laicis sepulturam in Ecclesijs, & Cœmeterijs illius loci, quod intelligendum est de Cœmeterijs per Episcopum benedictis, vel consecratis non autem de Cœmeterijs deputatis ad sepulturam sine benedictione Episcopi, in illis enim possunt homines sepeliri, iuxta ea quae traduntur gl. in Cle. 1. in verbo Cœmeterijs, de sepult. S. Anton. 3. parte, tit. 27. de interd. c. 4. ver. Ratio: & citant cap. Nemo, de consecr. d. 1. & Ioann. Andr. & Tabiena, verbo interdictum, §. §. vndecimo Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. capit. 44. §. 4. Vgol. Tab. §. cap. 8. §. 3. in fine, & Syluester, verbo, interdictum, §. q. 8. vers. Secundum.

Tertio certum est, sepulturam Ecclesiasticam tempore interdicti generalis loci prohiberi excommunicatis, & interdictis capit. in nostra, de sepult. arg. cap. Episcoporum, de privileg. lib. 6. & c. is, cui de sent. excomm. lib. 6. & Clem. 1. de sepult. Item laicis omnibus non privilegiatis quamuis nulla censura ligati sint, arg. cap. Quod in te, de pœnit. & remiss. Palud. 4. d. 18. qu. 8. in art. 2. principali, Conclus. 10. & in artic. 4. principali, §. Quantum ad sextum decimum, & citat Innoc. in cap. vt privilegia, de privileg. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 3. in princip. S. Anto. 3. parte tit. 27. cap. 4. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 31. Tabiena, verbo, interdictum, §. numer. 12. §. v. decimo. Nauar. in Man. cap. 27. num. 176. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 4. nu. 5. vers. Duodecimo de sent. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 4. Vgol. Tab. §. ca. 9. in princip. num. 2. & hoc siue laici adulti sint, siue infantes, ex Henriquez & Vgolino, post Coga ubi supra, & fauet Nauar. in Manual. capitul. 27. numer. 168. in fine. Nam cadauer adulti, sicut & infantis, æque expers rationis est, & eadem est vtriusque ratio; Ecclesia vero tempore interdicti prohibet admittere cadauer carentis privilegio.

Quarto certum est, quod Clerici omnes, qui interdictum seruauerunt, nec ei causam dederunt, Quantum est ex parte interdicti, non obstante generali interdicto loci, sepeliri possunt in Ecclesijs, & Cœmeterijs, de iure quidem antiquo, cum silentio, id est non solum sine pulsu campanarum sed etiam sine vilo officio, cap. Quod in te, de pœnit. & remiss. & Syluest. verbo, interdictum, §. qu. 8. vers. Quartum. Tabiena, verbo, interdictum, §. num. 1. & num. 12. §. vndecimo, Angelica, verbo, interdictum, 6. nu. 31. Palud. 4. d. 18. qu. 8. in artic. 4. princip. §. Quantum ad sextum decimum, §. Ant. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 4. §. Ratio. Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 76. Sotus 4. d. 12. q. 3. ar. 1. Conclus. 4. vers. Tertius Cou. in cap. Alma mater, par. 2. §. 2. num. 7. vers. Clericis, de sentent. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. capit. 44. §. 4. Alphonf. Viuald. tit. de interdicto, num. 213. Summa Corona tit. eod. num. 10. Vgol. Tab. §. 2. & expresse colligitur ex d. ca. Quod in te, ubi conceditur Clericis, qui interdictum seruauerunt, nec eius causa fuerunt, vt in Cœmeterio Ecclesiae sepeliri possent, de consuetudine autem licet Clericos modo etiam intra Ecclesiam sepelire, (quod olim solis Episcopis, & viris insignibus concedebatur, cap. Nullus, 1. §. q. 2. Alphonf. Viuald. cit. numer. 177.) & nouo iure, capit. Alma mater, sepeliri possunt etiam cum officio, dummodò officium fiat cum moderatione, d. cap. Alma mater, scilicet, ianuis clausis, voce submissa, & absque pulsatione campanarum &c. Quod ex eo probatur: quia cum ista moderatione conceduntur omnia profus officia, ergo & Missae officium, & alia diuina officia, & officia mortuorum recitari possunt.

ſunt. Quod ſi ſepeliendi ſint extra Eccleſiā, ſcilicet in Cæmeterio, ſi Cæmeterium ſit extra Eccleſiam in loco aperto, cadaver defuncti officium erit intra Eccleſiam, & poſtea in Cæmeterio cum ſilentio ſepeliendum eſt, & orationes quæ in ipſomet actu ſepeliendi dici ſolent, vel prius in Eccleſia, vel poſtea dici poſſunt. Addit tamen Vgol. & bene, vbi ſuprà, §. 2. num. 2. quod ſi interdictum aliquod generale loci latum eſſet, ſublata moderatione d. cap. Alma mater tunc quidem ad ius antiquum d. cap. Quod in te, redendum eſſet, & conſequenter ſimplex ſepultura ſine recitatione officij Clericis concederetur. Regula igitur generalis à Villaſiego de interdicto generalis loci ſepultura Eccleſiaſtica Clericis concedatur. Quod procedit non ſolum ſi ordines maiores habeant, ſed etiam ſi primam tonſuram ſolummodo habeant, argum. capit. cum contingat, & DD. ibi, de ætat. & qual. ordin. Procedit etiam tum in Clericis ſecularibus tum etiam in Religioſis; Cum enim Pontifex privilegium hoc ſimpliciter Clericis concedat, & ſimplex, & indefinita oratio vniuerſalis vim habeat, ex Barr. in l. Qui ædificium, ff. de ſeruit. Urban. & in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. & in fauoribus nomine Cleri extenditur ad Regulares, & Moniales, quamuis ſint nouitij, vt diximus cap. 4. in dicto 4. dub. 1. conſequenter privilegium Clericis conſeſſum ipſius etiam concedi cenſetur. Item procedit hæc Regula in Clericis, quamuis verbo depoſiti eſſent, non enim vt ait Vgolin. in d. §. 2. num. 1. poſt gloſ. in c. 2. in verb. Privilegio, de penis, lib. 6. Sylueſt. verbo, de gradatio, num. 8. verſ. Sexto, & Tabiena; eodem §. Primo, priuantur iſti privilegio Clericali.

7 Dixi, quantum eſt ex parte ipſius interdicti, quia Clerici coniugati etiam ſi non ſint bigami, non gaudent hoc privilegio d. cap. Quod in te. Hi enim duo tantum privilegia Clericorum habent, fori & Canonis, 17. q. 4. ſi quis ſuadente Diabolo, & hoc ob cap. vnic. de Cler. coniug. libri 6. Nauar. in Man. lib. 2. cap. 27. num. 176. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 4. num. 4. verſ. Decimo, de ſent. excom. libri 6. Alphonſ. Viuald. tit. de Interdicto, num. 214. poſt Sotum in 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. Concluſ. 4. niſi forte aliqui ex conſuetudine gauderent privilegio ſepulturæ, vt in Aragonia, ex Nauar. in Man. c. 27. n. 174. & 176. Henricquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 4. Vgol. Tab. 57. cap. 9. §. 2. Neque etiam excommunicati, & interdicti gaudent hoc ſepultura privilegio etiam in loco non interdicto; Neque qui ob aliquod delictum commiſſum ſepultura priuantur, vt ſunt torneamentarij, quibus ob errore interdicitur Eccleſiaſtica ſepultura, capit. 1. de torneam. & glo. in cap. Nullus, 13. q. 2. Neque Clerici artem ioculatoriam exercentes, cap. vnic. de vita, & honeſt. Cler. lib. 6. Neque Clerici, vt laici incedentes, ſi ter moniti non reſpiciant, c. in audientia, de ſent. excom. Neque actualiter depoſiti hoc privilegio gaudent, vt habetur in cap. degradatio, de penis, libri 6. Sylueſt. Tabiena, & Vgo. locis proximè citatis.

9 Quinto certum eſt, Privilegiatos quoſcumque, vt Eccleſiaſtica ſepultura tempore interdicti tumulari poſſint, licite ſepeliri poſſe; quod tamen privilegium a ſolo Papa concedi poteſt cum hac ratione iuri communi derogetur, cui omnes Summo Pontifice excepto, ſubiiciuntur, arg. cap. 1. & cap. ſina. de Conſtitut. & cap. propoſuit, de conceſ. præb. vt rectè Vgolin. Tab. 57. cap. 9. §. 3. ino. 1. & 3. annotavit. Tale privilegium cōceſſum eſt Templarijs; vt qui eorum fraternitati fuerint aſcripti, apud ipſorum Regularium Eccleſias, vel aliorum non interdictas, tempore interdicti ſepeliri poſſint, vt habetur in ca. vt privilegia, de privileg. Quod intelligendum eſt de ijs conſociatis, ſeu oblatiſ, qui mutato habitu ſepſos perpetuo dederint Monafterio, vel abſque habitus mutatione, ſe, & ſua bona, vel omnia, vel ſecundum aliquos, maiorem bonorum partem Monafterio dederunt inter viuos, retento ſibi quamdiu vixerint in ſeculo uſufructu. Nec requiritur, vt confratres iſti aſſumant habitum Religioſorum, ſed mutent ſecularium, vel ſumant eorum habitum ſine profeſſione, arg. ca. conſulti, de Regular. vt latius Palud. 4. d. 1. §. q. 8. in art. 4. princip. §. Quantum ad ſextum decimum, & Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 2. num. 8. de ſent. excom. libri 6. exponunt, & fauet Nauar. in Man. cap. 27. num. 181.

10 Dubium primum eſt, An in illis diebus feſtiſ, quibus iuxta cap. Alma mater licitum eſt tempore interdicti generalis loci celebrare publicè officia diuina, licebit etiam in Eccleſijs, & Cæmeterijs ſepelire laicos mortuos, etiam cum officio ſepulturæ; id eſt, mortuorum? Quæres controuerſa eſt apud DD. & duæ ſunt opinioniones, una negatiua, quæ eſt glo. in Clem. 1. in verbo a iure, de ſepult. & Zab. ibi, q. 9. Card. Imola. Abb. Io. Vanchelius, & Bonifac. col. 3. & Anch. num. 5. verſ. Quinto not. ibidem. Ioan. And. Domin. Franc. Gemin. num. 8. in cap. Alma mater, in §. in feſtiuitatibus, Federic. Conſil. 111. num. 6. Gonſalus à Villaſiego de interdicto, c. de interdicto, quos reſert Couar. loco inſertus citando, Palud. 4. d. 18. q. 8. in ar. 2. princip. concluſ. 10. dum dicat nihil immutari quoad ſepulturam in capit. Alma mater. Vgolin. Tab. 57. cap. 9. §. 1. Qui Imola, Gonſalus & Vgol. contendunt in his feſtiuitatibus neque officium ſepulturæ; ſeu mortuorum fieri poſſe, etiam ſi corpus extra Eccleſiam ſeu locum ſacrum ſepeliatur, cum hoc officium pertineat ad diuinatorum officiorum celebrationem. Hanc autem eorum opinionem, quam Feder. & Franc. citatiorem, & Couar. communiorē vocant, probare contendunt, primo, quia in defunctis cella ratio, propter quam conceditur viuentibus participatio officiorum diuinatorum in d. ca. Alma mater, quæ eſt, vt ſe fideles inducantur ad ſpem reconciliationis, quæ reconciliationis ſpes in defunctis locum non habet. Sed hæc ratio parum probat: nam a quæ valet in defunctis, ac in viuis, non quod defuncti hanc ſpem reconciliationis habere poſſint, ſed quia viuentes, ex eo quod vident defunctis concedi hanc reconciliationem, etiam in vita ſibi multo facilius illam ſibi concedendam fore ſperabunt, & procurabunt. Secundo probant, quia in cap. cum & plantare, §. Quod ſi templarij, de priuileg. & cap. vt priuilegia, §. illud. in eod. conceditur Templarijs, vt etiam in anno tempore interdicti aperire poſſint ianuam Eccleſiæ, & celebrare officium, vbi tamen expreſſe cauetur, ne tunc mortui ſepeliantur in loco ſacro, ergo eodem modo interpretari oportet d. cap. ſi. in feſtiuitatibus, de ſolis viuentibus, vt diuini officij intereſſe poſſint, non autem vt mortui Eccleſiaſtica ſepultura tumulari poſſint. Sed hæc ratio multo minus eorum probat intentum: nam primo vt conſtat ex glo. in d. ca. cum & plantare, §. Quod ſi templarij, in verbo, defunctorum, de priuileg. quamuis eo die anni alij non admittantur ad ſepulturam; fratres tamen horum templariorum niſi excommunicati, aut interdicti ſint, ad ſepulturam admitti poſſunt. Nec mirum eſt, ſi alij excludantur, quia hoc privilegium non eſt cōceſſum in fauorem aliorum, ſed ſolum in fauorem ipſorum fratrum templariorum, unde ſatis eſt quod ipſi in quorum fauorem factum eſt privilegium, ad ſepulturam admittantur; At verò, privilegium d. ca. Alma mater, in fauorem totius populi Chriſtiani conſeſſum eſt, ergo pari ratione quilibet de populo gaudebit illo privilegio, & ad ſepulturam poterit admitti. Secundo, cum Pontifex in d. ca. cum & plantare, conceſſiſſe, vt ſemel in anno aperit ianuam in fauorem templariorum officia diuina celebrari poſſent, conſequenter iuxta eam Regulam cui communicamus viuo, poſſumus communicare & defuncto, c. tanè quod ſuper, 24. q. 2. tunc potuiſſent omnes ad ſepulturam admitti, niſi Papa expreſſe prohibuiſſet. Vnde cum in d. ca. Alma mater, non ſit talis prohibitio, conſequenter ex vi conceſſionis officiorum diuinatorum, etiam ſepultura conceſſa intelligitur. Ex eo ergo c. cum & plantare, potius contraria ſententia probatur.

11 Secunda & verior opinio eſt, aſſerentiū his diebus Chriſti fideles ſepultura Eccleſiaſtica donari poſſe; Sic Calde. de Eccleſ. interd. memb. 6. verſ. Item quaeritur. Arch. ibi contrarius, in cap. Alma mater, num. 2. verſic. Sed hic intendet, de ſent. excom. libri 6. S. Ant. 3. par. tit. 27. de interd. c. 4. ante medium; Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 33. Sylueſt. verbo, interdictum, §. q. 2. verſic. Quartum, & Tabiena, verbo, interdictum, §. nu. 12. §. vnde inno. Roſella verbo, interdictum, 2. num. 12. immo Feder. vbi ſuprà, Conſil. 111. fatetur Clericos officando in iſtis feſtiuitatibus circa laicos non fieri irregulares. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 181. in fine, vbi ait hanc opinionem tanquæ fauorabili-
ho. em

horem seruandam esse. Couar. in capit. Alma mater, par. 2. § 5. num. 6. versic. Octauo, de sent. excomm. lib. 6. vbi ait hanc opinionem benigniorem & iure & æquitate defendi posse. Simon Maiol. lib. 3. de Irreg. cap. 23. nu. 8. in hanc potius inclinat sententiam, & expresse Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 5. & cap. 47. §. 4. Alphon. Viuald. tit. de interdicto num. 250. Quorum opinio intelligi debet, nisi laici fuerint specialiter, aut nominatim interdicti, aut causam dederint interdicto, aut consilium, auxilium vel fauorem præbuerint ad delictum, propter quod interdictum latum sit, ex Anton. Angel. & Alphon. Viuald. cit. Quæ sententia probatur, tum, quia priuilegium hoc iuris, tanquam fauorabile, amplè interpretandum est; tum quia cui communicamus viuo, etiam mortuo communicare possumus, cap. Sanè. t. 2. quæst. 2. Sed in istis festiuitatibus viuentes admittuntur ad omnia diuina officia intra Ecclesiam, ergo & mortui ad officium & sepulturam admitti possunt; tum, quia sepultura vel prohibita est quatenus pertinet ad officium, quatenus scilicet sepultura non debet fieri nisi cum officio, c. Quia diuina, 13. quæst. 2. vel quatenus sepultura pertinet ad Sacramenta, eo quod sepultura benedictio, amplè sumptio vocabulo Sacramenti, Sacramentum vocari possit. Sed neutrum horum impedit quo minus his diebus laici sepeliri possint vt constat. Non enim impediunt officia diuina, quia hæc concessa sunt, ergo & sepultura, quæ præcipue pertinet ad officium diuinum. Neque Sacramenta impediunt, quia benedictio sepulture proprie est officium, non Sacramentum, nisi valde improprie. Cum igitur in istis festiuitatibus concessa sint officia diuina, etiam sepultura concessa erit; ob quas rationes ego hanc veriorè sententiam esse censeo.

12 *Dubium secundum est*, An Clerici etiam in Ecclesia specialiter interdicta sepeliri possint? In qua re variae sunt DD. opinioniones. Quidam enim simpliciter negant, sic Innocentius in cap. fina. de excess. præl. & Ioann. Andr. in capit. Quod in te, de penit. & remiss. & Summa Astens. part. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 3. in princip. Quia in d. c. p. Quod in te, cum conceditur Clericis sepultura, bis fit mentio generalis interdicti, & nulla proferitur sic mentio specialis interdicti; illa ergo concessio solum habet locum in interdicto generali, non in speciali. Ideo autem conceditur in interdicto generali loci, ne cum omnia loca interdicantur, Clerici sepellantur in loco profano, quod non contingit in speciali interdicto, tunc enim in Ecclesia non interdicta sepeliri possunt.

Alij, vt Panor. in d. cap. Quod in te, nu. 10. de penit. & remiss. Rosella, verbo, interdictum, 2. num. 10. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 3. Syluest. verbo, interdictum, 5. num. 10. quæst. 8. versic. Quintum. Tabiena; verbo, interdictum, 5. num. 12. §. Vndecimo, Couar. in capit. Alma mater, par. 2. §. 2. num. 7. versic. Clericis, de sent. excomm. lib. 6. Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. ca. 44. §. 4. dicunt, existente speciali interdicto alicuius Ecclesie, Clericos illius Ecclesie sibi sepeliri posse, alienos vero non posse. Ratio est; quia alij Clerici, qui non sunt de illa Ecclesia habent suas Ecclesias non interdictas, in quibus sepeliri possunt, & proinde in Ecclesia specialiter interdicta sepeliri non debent, Clerici vero illius Ecclesie ibi sepeliri possunt, quia æquitas postulat, nè a suis Ecclesijs Clerici excludantur. Alij vt Hostiensis in cap. fina. de excess. præl. vniuersaliter tenent Clericos quoscumque tum illos, tum alterius Ecclesie, in Ecclesia interdicta sepeliri posse, & eandem sequi videtur Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 2. princip. Conclus. 10.

13 *In hac re tria mihi videntur probabiliter dici posse.*

Primum est, Clericos eiusdem Ecclesie ibi sepeliri posse, secunda communis opinio DD. habet, & facit cap. vt priuilegia, de priuileg.

Secundum est, In rigore etiam Clerici alieni in eadem Ecclesia sepeliri possunt, & hoc non solum vbi reliquæ Ecclesie specialiter fuerint interdictæ, sed etiam si non essent. Ratio est; quia nullo iure inuenitur prohibitum aut concessum magis proprie Ecclesie Clericis, quam alienis. Deinde vt diximus capit. 5. vbi de diuinis officijs egimus,

mus, in Quarto dicto principali, in dubio post Notab. 8. sicut in prohibitione a sepultura in locis sacris, intelligitur prohibita tam Clericis ipsarum Ecclesiarum, quam alienigenis; ita in concessione sepulture Clericorum, intelligi debet concessa tam Clericis alienigenis, quam ipsius Ecclesie proprijs; maxime, cum hoc sit beneficium principis & fauorabile & ideo amplè interpretandum, arg. c. eum dilecti, de donat. & l. beneficium principis, ff. de const. Et confirmatur; quia prohibitio est odiosa, concessio est fauorabilis, ergo multo magis extendi poterit concessio ad Clericos alienigenas, quàm prohibitio, arg. c. odia, de reg. iur. lib. 6. præsertim cum supra docuimus hoc idem dicendum esse de officijs diuinis, quæ sunt principale, ergo & de sepultura, quæ est accessoria, argum. capit. accessorium, de reg. iur. lib. 6. Deinde, quia ratio huius concessionis est ordo Clericalis, at hæc æquè in alienigenis, ac in Clericis eiusdem Ecclesie militat, ergo, tam illi, quàm isti in Ecclesia specialiter interdicta sepeliri possunt. Item, quia multi sūt Clerici qui nullius Ecclesie sunt, vt sunt proci ad titulum patrimonij, & qui nullius Ecclesie seruitio destinati sunt, quos tamen durum est excludere a sepultura in Ecclesia interdicta, erga quam deuotionem habent, & vbi ante latum interdictum sepulturam elegerunt. Et denique, id probat Host. quia generale interdictum tantum valet quoad omnes Ecclesias, quàm speciale, quoad aliquas, argum. l. si duo in fine, ff. de administr. tut. si ergo interdictum generale non impedit sepulturam Clericorum etiam alienorum, nec speciale impedire debet.

Nec obstat, quod in d. ca. Quod in te, solum mentio fiat generalis interdicti, & nõ specialis; Quia hoc ideo fit, quia vt plurimum fertur generale interdictum, non speciale; at vbi legislator aliquid statuit de casu frequentiori, idem de casu minus frequenti decreuisse censetur, argum. l. vnicæ, iuncta gloss. in verbo, sponsam, C. de rapt. viig. & DD. ibi.

14 *Tertium est*, Quamuis Clericus alienus in Ecclesia specialiter interdicta sepeliri possit, vt diximus, honestius tamen est, vt in Ecclesia non interdicta sepeliri se faciat, si commodè eo deportari possit, & non longè abesset ab Ecclesia aliqua non interdicta, sic enim maior reuerentia Ecclesiastica censuræ, deferretur, & eius exemplo alij ad interdictum magis timendum prouocarentur. Quibus omnibus addendum est, Clericos in Ecclesia specialiter interdicta sepeliendos esse, absque officio Missæ, & absque cantu, & absque pulsatione campanarum, Quia cap. alma mater, nihil concedit pro eo tempore, sed solum pro interdicto generali, vnde quoad interdictum speciale loci manet dispositio iuris antiqui c. Quod in te, de penit. & remiss. & ita tradunt Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 2. princip. Conclus. 10. Cou. in c. Alma mater, par. 2. §. 2. nu. 7. versic. Clericis, de sent. excomm. lib. 6. & Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. c. 44. §. 4.

15 *Dubium tertium est*, An quæ dicta sunt de Clericis circa sepulturam, procedant etiam in religiosis? Respondeo affirmatiue ex Palud. 4. d. 18. quæst. 8. in articulo 2. princip. Conclus. 10. & Tabiena, verbo interdictum, 5. num. 12. §. Vndecimo, in princip. Ratio est; quia vt ante dictum est, priuilegium Clericorum est fauor, fauores autem Clericorum ad religiosos extenduntur, sicut videmus in iure plerosque fauores Clericorum expresse ampliatis ad Religiosos. Et circa materiam interdicti, de qua nunc est sermo, prius concessa sunt hæc priuilegia Religiosis, quam Clericis secularibus, vt colligitur, ex ea. vt priuilegia, & c. in his, de priuileg. & cap. Quod in te, de penit. & remiss. & præterea in cap. alma mater, concessum est tam in Ecclesijs Clericorum, quam in Monasterijs Religiosorum fieri omnia officia diuina sicut prius, cum certa tamè moderatione, vnde quæ de Clericis dicta sunt, pati ratione de Religiosis dicenda erunt.

16 *Dubium quartum esse potest*, An priuilegiatus vt interdicti generalis tempore officia diuina, audiat, & Sacramenta suscipiat, ad sepulturam Ecclesiasticam admitti, & i loco sacro sepeliri possit? Vgo. Tab. 5. c. 9. §. 3. n. 2. negat, eo quod sepultura, nec officium diuinum est, nec Sacramentum. Alij tamen oēs, quos viderim, talè ad sepulturam admitti posse affirmant,



mans, ſive ſint privilegiatus ſolum ſuper auditione diu-
norum, non facta mentione Sacramentorum, ſive ſit pri-
uilegiatus ſuper participatione Sacramentorum tantum
& a fortiori ſi privilegiatus ſi, ſtam ſuper Sacramentorum
ſumptione, quam diuini orſu auditione. Ratio eſt: quia cui
communicamus, uiuo etiam mortuo communicare debe-
mus, argum. cap. ſauē, l. 2. q. 1. & cap. ex parte, 2. de
ſent. & i. i. p. i. docent Ioan. Calder, & Anchar. in cap.
Alma mater, num. 15. de ſent. excom. un. lib. 6. S. Anto. 3.
par. tit. 27. de interd. cap. 4. circa medium, Angelica, ver-
bo, Interdictum, 6. num. 36. Sylueſt. verbo, Interdictum,
5. quaſt. 8. num. 10. verſ. Sextum. Tabiena, verbo, Interdi-
ctum, 5. num. 12. §. Vndecimo Feder. de Sen. Conſil. 186.
Henriquez lib. 13. de excom. & de interd. cap. 4. §. 5. Qui
omnes docent privilegium pro officijs conſeſum exten-
di debere ad ſepulturam, quippe quæ præcipue pertinet
ad officium diuinum, & quia fauor principis late inter-
pretandus eſt, & ſequitur ex doctrina ſuperius a nobis tra-
dita.

17 *Dubium quintum eſt*, An Eccleſia parochiali ſpecialiter
interdicta, vel tota parochia generaliter interdicta, paro-
chiani illius parochiæ ſepulturam eligere, & de facto in
alia Eccleſia non interdicta extra ſuam parochiam ſepeli-
ri poſſint? Hæc difficultati reſpondent cõmuniter DD.
vt S. Anton. 3. par. tit. 27. de Interdicto, c. 4. poſt medium,
Sylueſt. verbo, Interdictum, 5. quaſt. 8. verſicu. Quintum,
propè finem. Tabiena, verbo, Interdictum, 5. numer. 12. §.
Vndecimo, in princip. Roſella, verbo, Interdictum, 2. nu.
12. poſt Paludan. in 4. diſt. 18. quaſt. 8. in art. 4. præcip. §.
Quantum ad ſextum decimum, citantes etiam Innoc. in
cap. vt privilegia, de privileg. cum diſtinctione, ſi enim in-
terdictum latum ſit propter delictum populorum, id eſt,
in pœnam laicorum temporalem, quæ eis infligitur, etiã
non deliquerint ipſi populi parochiæ, ſed eorum Domi-
nus, aut Rector temporalis, aut ſaltem totus populus non
deliquerit, ſed pars tantum, tunc parochianos nec in Ec-
cleſiis interdictis, nec alibi ſepeliri poſſe dicunt: Sin autem
Eccleſia interdicta ſit propter delictum Clericorum tan-
tum ad eos puniendos, tunc quidem parochianos alibi ſepeli-
ri poſſe concedunt, pro quo facete videtur cap. ſi ſententia,
de ſentent. excomm. lib. 6. vbi expreſſe habetur,
*Interdicto Clero non comprehendit populum, neque etiam e
conuerſo.* Ex quo loco colligunt plerique DD. quod quan-
do interdictum in pœnam populi, vel Rectoris tempora-
lis latum eſt, non poſſunt qui de illo populo ſunt, neque ibi,
neque alibi participare Diuinis. Ceterum, meo iudicio ni-
hil tale ſtatuitur in illo cap. ſi ſententia, ſolum enim qui
ſunt de illo populo prohibentur participare Diuinis, quan-
do non ſolum locus, ſed etiam populus in pœnam Domi-
ni, vel populi interdictus eſt: Quandocumque ergo ſolus
locus interdictus erit, qui culpabiles non exiſtunt, alibi ſepeli-
ri poſſunt.

18 *Dubium ſextum eſt*, An exiſtente interdicto personali
generali populi, Clerici qui in illo populo ſunt, in Eccleſiis
aut Cæmeterijs ſepeliri poſſint? *Reſpondeo* ex communi
DD. conſeſu, poſſe, quia vt antea dictum eſt, ſub interdi-
cto populi, non comprehenditur locus, neque Clerici.

19 *Dubium ſeptimum eſt*, Vbinam ſepeliri debeant Laici
tempore interdicti? *Reſpondet* Calderinus tract. de Eccle-
interd. membr. 6. par. 2. No. 8. poſſe, & debere ſepeliri;
cautum enim iure eſt, ne defunctorum corpora inhumata
iaceant, cum ſit contra pietatem humanam, argum. ca.
placuit, 2. q. 5. & docent S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd.
cap. 4. vtrã medium, Sylueſt. verbo, Interdictum, 5. q. 8.
verſ. Tertium. Tabiena, verbo Interdictum, 5. num. 12. §.
Vndecimo. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. ca.
4. §. 4. Non tamen vt præfati auctores tradunt in loco ſa-
cro ſepelientur; ſed ſi locus ſit interdictus, extra locum il-
lum in campo aliquo, aut etiam in Cæmeterio per Episco-
pum deputato, non tamen benedictio, & conſecratio, ſepeli-
entur, idque abſque tunere Eccleſiaſtico & officio dum-
modo viui perſonaliter interdicti nõ fuerint, nec cauſam
interdicto dederint, arg. ca. ſi ſententia, §. ceterum, verſi.
Qui culpabiles, a contrario ſenſu, de ſentent. excomm. lib.
6. & faciunt quæ tradit gloſ. in Clement. prima, in ver-

bo, Cæmeterijs, de ſepult. quam ſequitur Vgol. de cenſu
Eccleſ. Tabul. 1. cap. 9. §. 4.

20 *Dubium octauum eſt*, de Perſonis morientibus tempore
interdicti generalis, vel ſpecialis, ſuppoſito, quod perſone
culpabiles fuerint, aut ſpecialiter interdictæ? *Reſpondeo*
huiusmodi moriantur cum penitentia, potuerint, & de-
buerint in articulo mortis abſolui per Sacerdotem, cum
nulla cenſura in eo articulo reſeruaſa ſit, & conſequenter
in Eccleſia, aut Cæmeterio & loco ſacro ſepeliri poterunt
ſin verò cum penitentia moriantur, vel etiam cum ſignis
penitentia, ſed ſine abſolutione Sacerdotali, tunc quidem
ſi ſigna penitentia oſtenderint, etiam poſt mortem abſolu-
ui poſſunt, ſi tamen ante mortem abſoluti non eſſent, non
debent in Eccleſia ſepeliri, ſed extra, ex Sylueſtro, in ver-
bo, Interdictum, 5. q. 8. verſ. Primum; ſin autem ſigna peni-
tentia non dederint, aut erat perſona huiusmodi, de qua
probabile ſit quod permiſſet penitentiam & abſolutionem,
& ſic etiam poſt mortem abſolui poteſt, aut erat talis vi-
vt probabiliter credatur non periturum penitentiam &
abſolutionem, & ſic extra locum ſacrum ſepeliendus erit,
præſertim ſi conſtet eum in penitentem fuiſſe, & abſolu-
tum, & ſi eſſet interdictus propter contumaciam.

21 *Dubium nonum eſt*, An ſepulti extra locum ſacrum tem-
pore interdicti, relaxato poſtea interdicto ad locum ſacrum
transferendi ſint? *Reſpondeo* ſi in morte apparuerint ſigna
penitentia, dummodo non fuerint culpabiles, exhumari
poſſunt, & de nouo ad locum ſacrum transferri, ubique ſepeli-
ri. Sic Innoc. in cap. Tanta, de exceſſ. prælat. qui citat
cum illorum, de ſent. excom. idem tener Hoſt. in d. c. Tanta,
& allegat e. A nobis, 2. de ſent. excom. & Gloſ. in Clem.
1. in verbo eis, quibus, de ſepult. quaſt. Inno. & Hoſt. cum
idem docet Panorm. in cap. Quod in te, nu. 10. in fine, de
pœnit. & remiſſ. qui etiam ad hoc citat Innoc. & Io. And.
conſentient etiam Calderin. tra. de Eccleſ. interd. membr.
6. p. 2. nu. 14. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 4. principali, §. Quan-
tum ad ſextum decimum, qui citat d. cap. cum illorum, de
ſent. excom. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. vtrã
medium. Angelica, in verbo, interdictum, 6. nu. 33. Sylueſt.
ſter loco citato, in dubio octauo, Tabiena, verbo, interdi-
ctum, 5. nu. 12. §. vndecimo, & Vgol. de cenſu. Eccleſ. Tab. 1.
c. 9. §. 4. & Summa Aſtenſis, par. 2. lib. 7. tit. 16. ar. 3. in præ-
cipio. Nau. in Man. c. 27. nu. 176. Henriquez lib. 13. de ex-
com. & interd. c. 4. §. 5. qui ait ſic in praxi obſeruari. Sum-
ma Corona, tit. de interdicto, num. 10. Alphoſius Vnuſ.
tit. de interdicto, num. 176. Hinc colligo tempore locali
interdicti caute aduertendum eſſe, vt defuncti ſine ſignis
penitentia ſeparatim ſepeliantur ab illis, qui cum ſignis
penitentia mortui ſunt, quia hi vltimi tantum ſunt po-
ſtea ad loca ſacra transferendi.

22 *Dubium nonum eſt*, An ſi quis contra interdictum Ec-
cleſiæ tempore interdicti ſepultus ſit intra Eccleſiam, vel
Cæmeterium, & antequam inde extrahatur, tollatur ſeu
relaxatur interdictum, exhumandus ſit, & alibi ſepeli-
endus? *Reſpondeo* ſi ſic ſepultus in Eccleſia, vel Cæmeterio
eſſet interdictus, & non dedit ſigna penitentia, præſertim
cum dare potuiſſet, exhumandus erit quàm primum, ſi in-
men cadauer eius ab alijs diſtingui poterit, arg. cap. ſi
de ſepult. talis enim nõ eſt dignus ſepultura Eccleſiaſtica.
Dixi, ſi cadauer eius ab alijs diſtingui poſſit, alias exhumandus
non erit, ne innocentes, & non præſciti ab Eccleſiaſtica
mul. cū nocentibus, & præſcitis, Eccleſiaſtica ſepultura ſepeli-
entur, ſin autem non interdictus ſepultus ſit in Eccleſia,
aut Cæmeterio tempore locali interdicti, tunc Doctores
communiter concedunt poſt relaxatum interdictum non
eſſe amplius exhumandum quia tunc res ad eum ſtatim
deuenit, a quo incipere potuit, c. placet, de conuerſ. conu.
& l. Quia ad eum, ff. ad legem Aquil. ita Gloſ. in Clem. 1.
in verbo eis, quibus, de ſepult. & citat Innoc. & Hoſt. in c. d.
de exceſſ. prælat. & glo. in c. ſi Ciuitas in verbo, ſepeliri, &
ſent. excom. lib. 6. & glo. in c. A nobis, 2. in verbo forma ſepeli-
entur, de ſent. excom. in antiq. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 4.
princip. §. Quantum ad ſextum decimum, S. Anton. 3. par. tit.
27. de interdicto, cap. 4. poſt medium. Angelica, ver-
bo, interdictum, 6. nu. 33. Sylueſt. in verbo, interdictum,
5. quaſt. 8. verſicu. Primum. Tabiena, verbo, interdictum, 5.
num.

num. 12. §. vndecimo, Nauar. in Manual. ca. 27. num. 176. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 5. Vgol. Tab. 5. capit. 9. §. 4. & cap. 11. §. 1. num. 14. Quamuis enim ibi sepultus sit contra præceptum Ecclesiæ, multa tamen fieri prohibentur, quæ facta tenent, & maxime, quia cessante interdicto cessare debet, & prohibitio argum. capit. cum cessante, de appellat. & ita praxis obseruat, vt Henriquez vbi supra notauit.

23 *Dubium vndecimum est, An tempore interdicti licitum sit Clericis accipere mortuaria, siue funeralia & alias oblationes etiam ab interdictis defunctis, & pro illis orare?* Respondet, si mortui sint cum signis penitentiae posse. Sic Calderin. tract. de Eccles. interd. memb. 6. par. 2. Innoc. in cap. Tanta, de excessi. prelat. Paluda. 4. d. 18. q. 8. in artic. 4. principali. §. Quantum ad sextum decimum. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. ca. 4. vltra medium. Angelica, verbo interdictum 6. numer. 37. Tabiena, verbo interdictum 5. numer. 12. §. vndecimo. Syluest. verbo interdictum 5. §. 8. vers. 7. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 174. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 5. Vgol. Tab. 5. cap. 11. §. 4. num. 2. & citant pro hoc cap. Quicumque intra, 11. q. 2. At verò si penitentes non sint, nec pro eis orandum esse eorum mortuaria recipienda sunt, arg. ca. fin. dist. 88. ex Paluda. Anton. & Syluest. cit. ceterum Ioann. And. in Clem. 1. de sepul. non ita simpliciter hoc concedere audeo, sed distinctione opus esse affirmat: Aut enim, inquit, Clerici ista accipiunt tempore interdicti pro sepultura defuncti, restita contra interdictum, & sic illicite accipiunt, quia præsumuntur participes delicti; immo etiã non ipsi Clerici, sed alij contra voluntatem eorum sepelirent in loco sacro contra interdictum, adhuc Clerici ista recipere non possunt, quia participare videntur in crimine; sin verò mortui sepeliuntur extra Ecclesiam, non violaretur interdictum, & sic Clerici mortuaria licite accipere possunt. Et quamuis hæc Io. Andr. opinio in foro iudiciali locum habere possit, in quo statuit præsumptionibus; in foro tamen conscientie, vbi cessat omnis præsumptio, locum non habebit. Vnde dicendum est, si quis tempore interdicti reclamantibus verè Clericis in Ecclesia sepeliatur, poterunt Clerici absque vilo scrupulo mortuaria accipere; Quia ex aliorum delicto non debent Clerici deterioris conditionis fieri, cessante ex parte ipsorum omni dolo, & fraude,

an pulsari queant.

- 9 Campana tempore interdicti ad concionem, seu prædicationem pulsari possunt.
- 10 Campana pro literarum Apostolicarum, aut aliarum publicarum scripturarum ostensione interdicti tempore pulsari poterunt.
- 11 Campana pro gestatione Sacramenti Eucharistiæ ad infirmos interdicti tempore pulsari possunt.
- 12 Campana ad festi solemnitatem populo significandam, non obstante interdicto, pulsari valent.
- 13 Campana pro quacunque alia re, quæ ad officium diuinum, sepulturam, & similia non pertinet, interdicti tempore pulsari possunt.
- 14 Campana pro omnibus officijs diuinis, non obstante interdicto, in festiuitatibus commemoratis in c. Alma mater pulsari possunt.
- 15 Ingressus in Ecclesiam cui prohibitus est, in Ecclesiam, quando diuina officia non celebrantur, ingredi potest.
- 16 Excommunicatus quare Ecclesiam ingredi non prohibetur.
- 17 Interdictus ne Ecclesiam ingrediatur, non solum in Ecclesia interdictam consecratam, sed etiam in non consecratam, tempore, quo celebrantur officia diuina, ingredi prohibetur.
- 18 Interdictus ne Ecclesiam ingrediatur, in Ecclesia diuina facere nequit, in festis concessis in cap. Alma mater.
- 19 Interdictus cui est ingressus in Ecclesiam, Sacramenta in ecclesia ministrare nequit.
- 20 Interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, alteri diuina facienti in ecclesia, neque vt clericus, neque vt laicus inferuire potest.
- 21 Interdictus cui est, ingressus ecclesiæ, nec Sacramenta sumere, nec orationes priuatas ibi, tempore diuinorum facere potest.
- 22 Episcopus interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, Missam extra ecclesiam celebrare potest.
- 23 Interdictum de non ingrediendo ecclesiam, non ecclesiæ, sed personæ inhære censetur.
- 24 Interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, si durante interdicto moriatur, nisi penituerit, neque in ecclesia, neque in cimiterio sepeliri potest, & quæ huius ratio sit.
- 25 Interdictum de non ingrediendo ecclesiam, in articulo mortis, per quemcunque Sacerdotem, siue generale, siue personale fuerit, relaxari potest.
- 26 Interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, honorum, quæ ab ecclesia publice, aut priuatim fiunt, particeps est, & quænam huius sit ratio.
- 27 Indulgentiarum, an, & quando capax est is, cui ingressus in ecclesiam est prohibitus.
- 28 Indulgentiæ illis tantum profunt, qui illud faciunt, pro quo indulgentiæ conceduntur.

Quoad pulsationem campanarum hæc communiter ab auctoribus traduntur.

Primo enim certum est, non posse pulsari campanas ad horas Canonicas dicendas, aut ad Missarum solemniam celebranda, etiam si clausis ianuis, & voce submissa horæ recitentur, & Missa celebretur, vt colligitur ex cap. Alma mater, §. adijcimus, de sent. excom. lib. 6. & DD. ibi. Calderin. de Eccles. interd. par. 1. §. sed nunquid. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. prope finem. Panorm. in c. Quod in te, num. 4. de penit. & remiss. Ioan. And. Dominic. Ancharan. num. 6. Franc. in d. ca. Alma mater. Angelica, verbo interdictum 5. nu. 7. §. Sexto. Syluest. verbo interdictum 5. q. 5. vers. primam, & Sextam. Tabiena, verbo interdictum 6. num. 5. §. Quarto. Gonfal. a Villadiego, de integ. cap. 2. de interdicto. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 177. Couar. in cap.

Quid circa pulsationem Campanarum tempore interdicti liceat, & quid ei, cui aditus in Ecclesiam interdicatur, prohibendum sit. Cap. IX.

SUMMARIUM.

- 1 Campana ad horas Canonicas dicendas, vel ad Missarum celebrationem interdicti tempore pulsari non possunt.
- 2 Campana Clericorum ad horas Canonicas notificandas, quamuis deinceps officia diuina non recitentur, pulsari nequeunt, secus autem de laicorum campanis dicendum est.
- 3 Campanarum loco, alijs instrumentis, vt in triduo paschali, interdicti tempore pulsare non licet.
- 4 Campana pro sepultura Clericorum quando pulsari poterunt tempore interdicti.
- 5 Campana ad salutationem Angelicam ter in die tempore interdicti pulsari possunt.
- 6 Campana pulsatio ad salutationem Angelicam vnde desumpta, & quinam huius institutores fuerint.
- 7 Campana in aduentu Prælati, aut Principis, non obstante interdicto pulsari possunt.
- 8 Campana pro reliquiarum ostensione tempore interdicti.